Et ſi non aliqua nocuiſſes mortuus eſſes Me.

Quid domini fatient. audent cum talia fures

Nonne ego te vidi damonis peſſime caprum

Excipere inſidijs. multum latrante liciſca

Et cum clamarem quo nunc ſe proripit ille

Tytire coge pecus. tu poſt carrecta latebas Da.

An mihi cantando victus non redderet ille.

Quem mea carminibus meruiſſet phiſtola caprum.

Si neſcis meus ille caper fuit. et mihi damon

Ipſe fatebatur ſed reddere poſſe negabat Me.

Cantādo tu illum: aut vnq̄ tibi phiſtula cera

Iuncta fuit. non tu in triuijs indocte ſolebas

Stridenti miſerum ſtibpla. diſperdere carmen Da.

Vis ergo inter nos quid poſſit vterq; viciſſim

Experiamur: ego hanc vitulam. ne forte recuſes

Bis venit ad multram. binos alit vbere fetus.

Depono: tu dic mecum quo pignore certes Me.

De grege non auſim quicq̄ deponere tecum:

Eſt mihi nanq; domi pater. eſt iniuſta nouerca

Biſq; die numerant ambo pecus alter et hedos